

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum aliquis possit seipsum, vel æqualem, vel superiorem  
excommunicare? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

ione, & non ab ordine : si autem ab utroque , tunc neutrum potest.

Ad primum ergo dicendum, quod quavis non amittit tamē iurisdictionis usum. \*hanc o-  
tari iurisdictionem, amittit tamē iurisdictionis usum. bieft. cū  
Ad secundum dicendum, quod confidere consequi- solut.ha-  
tur potest characteris, qui indelebilis est: & ideo bes 24. q.  
homo, ex quo characterem ordinis habet, semper I. c. 36.  
potest confidere, licet non semper ei liceat. Secus  
autem de excommunicatione, quæ iurisdictionem  
sequitur, quæ auferri potest & ligari.

## ARTIC. IV.

Vtrum aliquis possit seipsum, vel aqualem, vel  
superiorem excommunicare?

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod aliquis 88  
A posset seipsum, vel aqualem, vel superiorem ex- Tho. vbi  
communicare. Quia angelus Dei maior erat Paulo, supra ar.  
Marchi undecimo, Qui minor est in regno celorum, 3. q. 1. &  
major est illo, quo nemo inter natos mulierum ma- seq.  
ior. Sed Paulus excommunicauit angelum de celo,  
ut patet Galat. I. Ergo homo potest superiorem ex-  
communicare.

¶ 2 Præterea, Sacerdos aliquando excommunicat  
in generali pro furto, vel pro aliquo huiusmodi. Sed  
potest contingere, quod ipsem fecit, vel superior,  
aut equalis. Ergo aliquis potest se, vel aqualem, vel  
superiorem excommunicare.

¶ 3 Præterea, Aliquis potest superiorem absolu-  
tere in foro pœnentiali, vel aqualem: sicut cum  
Episcopi suis subditis confitentur, & cum vnuus sacer-  
dos alteri venialia confitetur. Ergo videtur, quod  
etiam excommunicare aliquis superiorem vel aqua-  
lem possit.

SED contra, Excōicatio est actus iurisdictionis.  
Sed aliquis non habet in se iurisdictionem, quia in-  
eadem causa non potest quis esse iudex & reus: nec  
hunc superiorem aut aqualem. Ergo non potest ali-  
quis superiorem, vel aqualem, aut se excōunicare.  
RESPONDEO dicendū, quod cum per iurisdictionem

nem aliquis constituantur in gradu superioritatis respectu eius, in quem habet iurisdictionem, quia iudex est eius: ideo nullus habet in seipsum, vel superius, vel aequalis, iurisdictionem; & per consequentiam nullus potest seipsum excommunicare, vel superius aut aequalis.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus loquitur sub hypothesi, id est, si poneretur argutia peccare: sic enim non esset Apostolo superior, sed inferior. Nec est inconveniens quod in conditionibus, quarum antecedentia impossibilia sunt, & consequentia impossibilia sint.

Ad secundum dicendum, quod in tali casu nullus excommunicatur: quia pars in parem non habet superiorum.

Ad tertium dicendum, quod absolutio & ligatio in foro confessionis est quo ad Deum tantum, non quod aliquis alio superior, redditur inferior per peccatum: sed excommunicationem est in iudicio extensus in quo aliquis non amittit superioritatem ex hoc ipso quod peccat. Vnde non est similis ratio de iure foro. Et tamen etiam in foro confessionis aliquis non potest seipsum absoluere, nec superiorum, aut veniam de mortali, nisi ex commissione sibi facta. De venialibus autem potest: quia venialis ex quibuslibet sacramentis gratiam conferentibus, remittuntur. Vnde remissio venialis sequitur potestatem ordinis.

## ARTIC. V.

*Vtrum in aliquam universitatem sententia communicationis ferri possit?*

*89.* **A**d quintum sic proceditur. Videtur, quod in quam universitatem sententia excommunicationis ferri possit. Contingit enim quod auctoritas universitas sibi in malitia colligatur. Sed pro ratione in qua aliquis communax exciterit, debet executione sententie ferri. Ergo potest in aliquam universitatem ferri excommunicationem.

*Q 2. Præterea, illud quod est grauius.*